

12. *S. papyraceus* DC.

Radio pauci (8) floro petiolo exauriculato foliis glabris seu subtus parcissime arachnoideis.

*S. appendiculatus* C. Schultz.

Specimen Palmense a Hillebr. ad Cabo de Golga lectum appendicibus petioli numerosis permagnis singulare.

var. *Preauxianus* C. Schultz.

A typo praeter petiolos exappendiculatos differt statura humili caulibus simplicibus raro plus quam spithamesis, foliis paucis superioribus majoribus corymbo denso pedunculis filiformibus.

Hab. Canariae Magnae incola, etiam a Hillebr. et Asken. in hac Ins. 1882. lectus.

*S. Webbiai*. *Doronicum* C. Schultz.

recte Cl. Bolle in Bonpland. 45. Ap. 1860. 433 *S. Bourgaei* C. Schultz in Bourg. It. II, 1373 merum hujus speciei esse synonymum edocuit.

Species prima facie foliis amplissimis ambitu more *Adenostylis* rotundatis vix repandis superioribus vaginaeformibus lamina carentibus insignis.

Hab. b. Hillebr. locis natalibus adhuc notis convallem Barranco de la Virgen M. Canariae addidit. Ap. 1882.

*S. cruentus* DC.

Legi plantae pulcherrimae typum egregium, foliis utrinque rubris, subtus lana roseo-purpurea tectis, etiam caule purpurato supra La Florida Orotavae Ap. 1884.

Habeo eandem aequae coloratam e Barranco del Valle I. Hillebr. et e Barranco del Agua prope Guimar I. Bourgeau II, 1395.

C. Schultz in Phyt. II, 338 erronee involucri phylla glabra vocat: sunt revera raro glabra, sed plerumque cum pedunculis plus minus pilis corniculatis sparsa.

var. *bracteatus*.

*Cineraria bracteata* Chr. Smith ex Link apud L. de Buch Can. 448 et 476 ex descriptione.

Differt foliis utrinque atroviridibus scabris nequaquam tomentosis, et insuper densius profundiusque crenulatis, superioribus valde elongatis, involucri pedunculisque dense corniculatis, capitulis typo majoribus.

Hab. Teneriffae mont. Tigayga Asken. 1882.

*S. Hillebrandii* nov. spec.

Elatius facile omnium maximum, caule fere digiti minimi crassitie, glaberrimo, striato-sulcato, medulla farcto, uti videtur circa 4 metr. alto, foliis radicalibus . . . , inferioribus caulinis (radicalibus certe similibus) longe (1 dec) petiolatis (petioli exauriculatis) 4 dec latis paulo brevioribus profunde cordatis subreniformibus, 10—12 angulatis, angulo apicali prominente, foliis infer. exacte ambitu *Petasiti albo* similibus palmatinerviis grosse dentatis superioribus caulinis minoribus subtriangularibus raro ad basin petioli auriculatis, rameis oblongis vel lanceolatis demum linearibus minimis,